Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ad lumbos viri sic agglutinaui
michi omnem domum israhel 7 om
nem domum iuda dicit dominus
ut essent michi in populum 7 in
nomen 7 in laudem 7 in gloriam
7 non audierunt Dixitque ergo ad eos
sermonem istum hec dicit dominus
deus israhel omnis lagunculla
implebitur vino Et dicent ad te
Numquid ignoramus quia omnis
lagunculla impleatur vino Et dicet
ad eos hec dicit dominus Ecce
ego implebo omnes habitatores
terre huius et reges qui sedent de
stirpe dauid super thronum eius et
sacerdotes 7 prophetas 7 omnes ha
bitatores iherusalem ebrietate 7
dispergam eos virum a fratre suo
7 patres 7 filios pariter ait domi
nus Non parcam 7 non gredam
neque miserebor ut non disper
dam eos audite 7 auribus per
cipite nolite elevari quia dominus
loquitur Date domino deo vestro
gloriam antequam contenebrescat 7
antequam offendant pedes vestri
ad montes caliginosos Expectatis
umquam lucem 7 ponat eam in umbram
mortis 7 in caliginem Et si hoc
non audieritis in abscondito plo
rabit anima mea a facie superbie
Plorando ploravit et deducet oculus
meus lacrimam quia captus est
grex domini Dic regi 7 dominae
tuae Humiliamini sedete in terra
quoniam descendit de capite vestro
corona gloriae vestre Civitates au
stri clause sunt 7 non est qui ape
riat Translata est omnis iuda
tra simigratione plena leuate oculos
vestros 7 videte qui venitis
ab aquilone Ubi est grex qui datus
est tibi pecus inclitum tuum Quid
dicis cum visitaverit te Tu enim do
cuisti eos adversum te et erudisti in
caput tuum Numquid non dolores
apprehendent te quasi mulierem p
turientem Quod si dixeris in corde tuo
quare venerunt michi hec propter mul
titudinem iniquitatis tue revelata sunt
verecundiora tua polluti sunt plan
te tue Numquid potest ethiops pel
lem suam aut pardus varietates
suas et vos poteritis benefacere
cum didiceritis malum Et dissipabo
quasi stipula que vento raptatur in
deserto hec sors tua pars mensure
tue a me dicit dominus quia obliti
estis mei 7 confisi estis in mendacio
Unde 7 ego nudavi femora tua co
ram facie tua 7 apparuit ignominia
tua adulteria tua 7 hinnitus tuus
7 scelus fornicationis tue Super
colles in agro vidi abominationes
tuas ve tibi iherusalem Non mun
daberis post me usquequo adhuc
Verbum domini qui factum
est ad iheremiam de ba
rometis siccitatis luxit iudea 7
portae eius corruerunt 7 obscurate sunt
in terra 7 clamor iherusalem ascen
dit Maiores miserunt minores
suos ad aquam venerunt ad hauri
dam Non invenerunt aquam repor
taverunt vasa sua vacua Confusi
sunt 7 afflicti et operuerunt capita
sua propter terre vastitatem quia
non venit pluvia in terra Confusi
sunt agricole operuerunt capita sua
Nam 7 cerva in agro peperit 7
reliquit quia non erat herba et
onagri steterunt in rupibus trax
erunt ventum quasi dracones defe
cerunt oculi eorum quia non est herba